



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Hermannii Conringii De Antiquitatibus Academicis
Dissertationes**

Conring, Hermann

Helmestadii, 1674

Svpplementvm X. Ad pag. XIV. & XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12929

SUPPLEMENTVM IX.

225

fuerant, & quæsivis se quem novissent ad id expeditum. Tunc ei dixerunt, esse quandam Aristophanem, qui summo studio summâ diligentia quotidie omnes libros ex ordine perlegerece. Itaq; in conveniu ludorum cum secreta sedes essent iudicibus distribuite, cum ceteris Aristophanes citarus quemadmodum fuerat ei locus designatus sedis. Primo poëtarum ordine ad certationem inducto, cum recitarentur scripta, populus cunctus significando monebat judices, quod probarent. Itaq; cum ab singulis sententiis sunt rogatae, sex una dixerunt, & quem maximè animadverterunt multitudini placuisse ei primum primum, in sequenti secundum tribuerunt. Aristophanes vero cum ab eo sententia rogaretur, eum primum pronunciari iussit qui minimè populo placuisse. Cum autem Rex & universi vehementer indignerentur, surrexisse, & rogando imperavit ut se parerentur dicere. Itaque silentio facto docuit, unum ex his cuius esse poëtam, ceteros aliena recitavisse: oportere autem judicantes non fuit sed scripta probare. Admirante populo, & Rege dubitate, freuis memoria è cœtū (fortè exerto) armariis infinita volumina eduxit, & ea cum recitari conferendo coegerit ipsos furatos de se confueri. Itaq; Rex iussit cum his agi furis condemnatosq; cum ignominia dimisi, Aristophanem vero amplissimis munieribus ornavit, & supra Bibliothecam constituit. Hæc omnia Vitruvius.

De Museo præter illa Straboni dicta, ex Athenæo, Philostrato, Spartiano, Dione & aliis possent quidem nonnulla adjici, sed institutum haud patitur.

SUPPLEMENTVM X.

Ad pag. xiv. & xv.

Quæ pag. 14 notavimus, de tolerato ab Atheniensibus sententiarum Philosophicarum à sacris suis receptis dissidio, non ita accipienda sunt, quasi απλῶς eo ipso male consulerint reipublicæ suæ. Enimvero est quidem haud

Ff

paucis

paucis Politicorum persuasum, nihil ejusmodi ferendum
in benè constituta republicâ: idque quoniam consulen-
dum est paci ac tranquillitati civili, quæ dissidio isthoc cor-
rumpitur. Pridem tamen à nobis victum est, & alias de-
nuò firmius constituetur, ἀξιώμα illud quorundam
procul abesse à veritate; ad quietemque reipublicæ sa-
tis esse, si nemini permittatur cum turba sententias suas
docere, & modò religionis naturā notæ scita constent:
nempe de unius Dei providentia humanarum etiam qua-
rumvis rerum, deque animæ immortalitate, & pœnis præ-
miiisq; justo judicio divino à morte etiam accipiendis. Quo
posito manifestum est, non debuisse ferri Epicuri Scho-
lam, & si quæ alia impugnavit olim sive aperte sive clam
illas quas diximus reipublicæ omnis conservandæ neces-
sarias, ut ita dicam, θεοτεος. Vix etiam est, ut saltim in non-
nullis debuissent tolerari Stoici; nimis scilicet crudè pro
libertatis studio & de republica differentes. Nec verè
cuiquam dominatui doctrina illorum temere fuit con-
sentanea: eoque nomine male inter Philosophos reliquos
Stoici cum primis audierunt, cùm alias tūm Domitiano
imperante, ac propterea pulsæ sunt Urbe.

Quod porrò pag. 15 diximus, promiscuam illam libe-
ram Philosophandi etiam de sacris rationem cum Chris-
tianâ demum doctrinâ Athenis desisse, accipendum est
de Christianismo jam plenè adulto. Neutiquam enim
fuerunt Christiani, illi πεσθεις Suidæ dicti Philosophi,
qui Justiniano Imperante quasi desperabundi in Persiam
iverunt ad regem Cosroem, voti tamen frustrati rediere:
quos inter fuit & Simplicius celebris ille in schola Atheni-
ensi Aristotelis aliquot librorum commentator, vir qui-
dem doctus sed Christianæ religionis amarulentus hostis.

11

SVP-